Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

fallacia peccati. Participes enim xpi effecti sumus. si tamen initium
substantiae eius usque ad finem firmum retineamus. dum dicit. hodie si uo
ce eius audieritis. nolite obdurare corda ura. quemadmodum in illa exa
cerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt. s. non universi qui
profecti sunt ex egypto per moysen. Cum quibus enim infensius et quadraginta
annos. Nonne ab illis qui peccauerunt. quorum cadauera prostrata sunt
in deserto. Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsi nisi illis qui
incredulii fuerunt. Et uidemus quia non potuerunt introire. propter incre
dulitatem. timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introire in requiem
eius existimetur ex uobis aliquis deesse. IIII

Etenim et nobis nuntiatum est quemadmodum et illis. sed non profuit illis
sermo audituis non admixtus fidei. et his qui audierunt. Ingredi
emur enim qui credidimus in requiem. quemadmodum dixit. sicut iurauui in
ira mea. si introibunt in requiem meam. Etquidem operibus ab instructio
ne mundi factis. dixit enim quodam loco de die septima sic. et requi
euit ds die septima ab omnibus operibus suis. et in isto rursum. si intro
ibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam et hi qui
prioribus annuntiatum est non introierunt propter incredulitatem. iterum
terminat diem quendam hodie in dauid dicendo. sicut pertransit
temporis. sicut supradictum est. hodie si uocem eius audieritis. nolite
obdurare corda ura. Nam si eis ihc requiem prestitisset. numquam de
alia loqueretur post hanc diem. Itaque relinquitur sabbatismus populo
di. Qui enim ingressus est in requiem eius. etiam ipse requieuit ab
omnibus operibus suis. sicut a suis ds

Festinemus ergo ingredi in illam requiem. ut ne in idipsum quis incidat
incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei et efficax. et penetra
bilior omni gladio ancipiti. et pertingens usque ad diuisionem animae
ac spiritus. Hoc loco spm sensum animae significat. sicut in subiectis co
nectitur. et est discretor cogitationum et intentionum cordis. Compagum
quoque et medullarum. et discretor cogitationum et intentionum cor
dis. et non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia enim
nuda et aperta sunt oculis eius. Ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontifi